

Amplissima & eruditissima Vir,

Ignosce facilis & more tuo litterarum mearum silentio tac-
tantius videretur si in occupationibus muneris executionem
paratam putarem, sunt tamen esse parata; plura non addam,
ne de tua in me benevolentia dubitare videar.

Si quem inveneris cui conferendi cum cod. MS. Philonis o-
perum tuto credas, obsecro te, quovis pretio cum illo sti-
pulare. Nunc enim Londini exceditur, cum nuperrime
ex literis Thomae Mungei intellexi, & secundis curis
protus invenirent. Ludwig Lottero vel alii promiseris
promite solvam, immo, si iudicis, representabo. De historia
Orboëna gratias ago, cupide legi & miratus sum tam
doctrinam tuam, quam diligentiam. quin & cum Stockholmie
esset, & beneficio amici Commentarios Academie vestre
evolverem Dissertationes tuas meos in se convertebant o-
culos. Placuit sententia tua de Scytharum migrationi-
bus, sed ut protus persuadeas Finnos, Esthios etc.
Scytharum esse abnepotes, committe, queso, horum linguam
cum reliquis Scythica, que vel ⁱⁿ nominibus propriis, utrius-
que, vivorum, supersunt, vel apud veteres alia oc-
currunt. A Renato nostrate multa didici, presertim

cum ante hos duos menses heic Lincopie mecum esset.
 Dedi ei Johannis Christ. Smitzeri, qui iussu Eazarini anno
 1714 legatus Sinesis deduxit, descriptionem Calmachorum
 Angulicorum, MS., (an edita sit ignoro) ut mihi differen-
 tiam illorum a Calmachis, apud quos versatus est, et
 antea a principis sui nomina, Contaischini dicti sunt,
 indicaret. non dum liberavit fidem, calefaciam tamen
 & commovebo virum. Chartam etiam, quam altulit
 Geographicam mihi pollicitus est, una cum interpreta-
 tione sua vocum Calmachicorum, & volucabo ei aurem.
 Quid proficere, Tibi & amplissimo de l' Islio signi-
 ficabo. Per quam honorifica fuit illustrissimi Præsidis
 Societatis vestre ad me Epistola, & cui, ut par est,
 nunc humanissime respondeo. Subter indicem pre-
 stantes aliquot nostratum viros qui communem ope-
 ram adferant illustrandis antiquitatibus Livonicis
 ac Fennicis: Nobilissimus vir Petrus Schönström
 Chihiarcha totum Tenens, otio abundat & a quero
 huic studiorum generi incubit, duodecim quoque
 & quod exerceat annos in Russica captivitate, li-
 bero animo bonas literas coluit, præsertim Solichan-
 skii in Pernia, illi si benevole scripseritis, votis

vestris abunde satisfaciet. Si vel mihi vel patri meo
 Gustavo Benzeltierna epistolam illam miteris, cura-
 bimus. Parisiis auudi opera P.P. Societatis Lesu novam
 imperii Sinenfis descriptionem, pariterq; Christam Geogra-
 phicam non ignoras. Accuratissimas fore tibi pollicentur,
 ut ex nuperis amici epistola intellexi.
 Quae de Sinenfium numis ac literis mihi narras, mira
 sunt, nec crederem nisi Tibi, in illa arte magistro, di-
 centi. Fac ut M. Paulus & Dubroquius tuis observationi-
 bus ornati prodeant. His adde Ambrosii Contareni iter
 Persicum, quod inter Scriptores rerum Persicarum p. 487 pag
 et Nicolai Afelini iter Tartanicum, ^{MS.} quod ex bibliotheca
 Spaci Ercisii facite habebis Lugduno Batav. operam V. Cl.
 Petri Baurmanni. sic non amplius Vincentio Bellouacensi
 quidem habebimus, sed ipsi Afelino, comiti itineris Joannis
 de Plano Carpini. Vale. Scripsi Lincolniæ die 19 men-
 sis Martii, 1735.

Hominis Tui

1675 + 1747

Observantissimus cultor
 E. Benzelius,